tractaverit, tandem verò animum ſuum fraternum illis expoſuerit. Idem quoq; de Chriſto fratre noſtro, nobis ex ipſius verbo, præſertim autem ex hodierno Evangelio conſtat. Gen: 45.

1. Primo enim Chriſtus ad precationem mulieris Cananææ tacet.

2. Ipſius causâ ſe non miſſum eſſe ait.

3. Auxilio ſuo illam indignā judicat.

4. Tandem vero blandiſſimis his verbis animum ſuum exponit. *O mulier magna eſt fides tua, fiat tibi, ſicut vis.* Quapropter hæc omnia in noſtram doctrinam perpendentes:

I. Conſideremus precationem hujus mulieris.

II. Ipſius tentationem.

III. Ipſius victoriam.

DE I. LOCO.

I. Notetur occaſio.

II. Precatio.

Mulier Cananæa clamat: *Miſerere mei Domine, fili David; filia mea miſerè à Dæmonio vexatur.*

VSVS.

1. Exemplo hujus mulieris in calamitatibus noſtris Chriſtum accedamus. Oseæ 6.